

AD ATTÁR.

ENYEDI GYÖRGY XVI. SZÁZABELI LATIN KÖLTEMÉNYE.

A szentpétervári császári könyvtár egy ritka kis nyomtatvány egyetlen példányát őrzi, a melynek címét a R. M. K. III. kötetében közöltem. A nyomtatvány címe a követkéző: *Epithalamivm In Celeberimis Nyptias Magnifici Dni. D. Stanislai Branicki de Ruszcza, Aulici S. R. M. Sponsi. Et Genenerissimae Lectissimaeqüe Virginis Helenae Tarlovna de Szekaroviae, Illustris ac Magnifici Dni. D. Ioannis Tarlo, olim, Palatini Lublinen: capit: Pilznen: etc. relictæ Filiae, Sponsæ, Illvstris Ac Magnifici Dni. D. Andraee (*sic!*) Safraniecz de Pieskova Skala, Filii unici ab Illustri et Magnifico Dno. D. Stanislao Safraniecz olim Tribuno Cracovieñ: etc. etc. Relicti ex antiqua familia Haeredit Generosissi: Lielon: Capitanei etc. nepti ex Sorore. Fautori sui ac Dni. perpetua obseruantia colendissimi, conscriptum A. GEORGIO ENEDI Bonarum Literarum Studioso, gratulationis ergo. Celebratas Cracou: 18. May, Anno 1598.*

A negyedréű nyomtatvány összesen 3 levélből áll. A körtemény végén a colophon olvasható: »Cracoviae. In Officina Nicolai Scharffenberger.

Mint a címből kitűnik, a verset Enyedi György Branicki Szaniszlo Tarlovna Ilona, Tarlov János egykori lublói várkapitány leányával tartott esküvőjére írta. Sajnos, Enyedi György életéről, működéséről semmi-féle adatot sem lehet találni. A címből is csak annyit tudunk, hogy ez időben Krakóban tanult, s valószínűleg Branicki segélyezte. A körtemény ritka volta indokoltá teszi, hogy mint a XVI. századi latinság egy kis adaléka közöltessék. Talán ez is lehetővé teszi, hogy valaki Enyedire vonatkozó adatot találhasson. A körtemény következő:

[V]Os mihi quæ Procerum todas facrosque

Hymenæos

Iungitis & dulci celebratis carmine

Sponsas

Ferte pedem hūc iterum, & blandos cōcedite cantus,

Dum expectata, diu iuuenis connubia iungit

Virgine cum insigni: quorum par forma nec ætas

Dispar, iidem animi ambobus: nam bina duorum,

Corpora in vnanimi coalescunt fœdere mentis.

Huc Hymenæe veni, niueo signanda lapillo,
 Lux oritur: uocat en precibus te Sponfus, & odit
 Auas nectis sine amore moras, Hymenæe coronis
 Cinge caput, vireant florenti tempora Myrtho,
 Et properans ad festa veni, sociare puellæ
 Nec iuuenem differ longum expectata voluptas
 Tandem adfit: Nihil dic Diuis graue, nec uetat ifta
 Gaudia Rellgio, concludere pectora uinclo,
 Coniugij (sine quo rerum incrementa perirent
 Et paucis hominum fierent dispendia in annis.)
 Rellgio ipsa iubet quæ summus comprobat auctor
 Connubium diuinum opus est, contemnere certe,
 Grande nefas: DEVS ipse olim connubia campis
 Fecit in Elisy sexumque adscivit vtrumque
 Ergo Hymenæe ueni, ueniat roseo Hesperus ore
 Ne dubita, ne iteres suspiria longa IOANNES
 (Ferreus ó tante taceat quia gaudia fortis)
 Ecce Hymenæus adeft, roseo venit Hesperus ore
 Sanciet optatâ qui mox connubia nocte,
 Libera mox dicta ambobus conferre licebit
 Muneribusque frui & risu blando Cytheræ
 Sis memor: est odiosa DEO sine lege voluptas,
 Et sancta est cum lege Venus, Moderare beato
 Ergo animo licet approperes: tua gaudia tollet
 Nemo, nec illufus facies conuicia somno.
 Ait illis partire diem, quibus omne tædæ,
 Fœlici lucent: grauitate feuerior ætas
 Abiecta genium laxet, vultuque soluto
 Ad numerum saltet, spacys proprioribus ætas
 Insequitur quæ tæ exhibaret iuuenilibus annos
 Lufibus, Hunc celebrare diem matresque verendæ
 Lætentur, similemque optet virguncula voto,
 Sed tacito: tædæ namque expectare mereri est.
 Si locus hic supereft inter mihi nomina tanta,
 Rusticulum admittunt tua maxima gaudia Vatem:
 Versibus inulti lege quod supereft Hymenæi,
 Ite alacres sponsi felices ite per æuum.
 Pollicitam seruate fidem, complectere mente,
 Ardorem vt referat similem, complectere totâ
 Egregy tibi quam sociam iunxere parentes.
 Hoc promissa fides, hoc qui quoque vincula firmat,
 Arctus poscit amor, nullis frangenda querelis
 Arcano hoc suadet communis gratia nexu.
 Corpore sit gemino mens vna atque vnâ voluntas
 Connubio iunctis, vnam sub pectore fido
 Ambo ferte animam. Et quidni communis vtrique
 Ardor sit? quidni Nympham quæ animosa parentes,

Cuncta quibus debet, linquens te diligit vnum,
 Corde virum redames? Talem fortita maritum,
 Tu virgo, fratrem qui vincat amore futurum:
 Officium cognosce tuum, iam disce vereri
 Numina coniugij, comitetur seruor in annos
 Mutuos extremos, licet & te prædicet ore
 Ille suo dominam quamuis immunis habens
 Hactenus, imperio iam nunc asuesce mariti.
 Disce pati imperium nec te iactura Parentum
 Sollicitet: tibi nam quicquid natura verendum
 Iure facit. Quidque arcani reuerentia sensus,
 Si confers paruum est. Nunc Sponfæ, si vacat, audi
 Iam dotes. Venit qualis tibi quæne marita,
 Atque animo meditare: ipsos bonitate Parentes
 Aequat præclara veniens de stirpe SAFRANIECZ.
 Nunc ego (dotis opes taceo, quæ donat, & aufert,
 Arbitrio fortuna suo) virtutibus atqui
 Exæquans superat, quisquam si cogitet annos
 Maturos ac virgineum quoque rite pudorem.
 Aspice quantus frontis honos: (en tincta pudore
 Assidet optato lateri,) bona splendet in ipso
 Vultu adoperta fides, & nescia fallere quenquam
 Nil formæ, nil stirpis eget, fastu procul omni,
 Libera tum pulcras exequans moribus, aut quas
 Verax fama refert, vel quas sibi fabula finxit.
 Adde, quod est fatis ampla bona dos cuique marito,
 Pignora si referat, curarum nubila risu,
 Quæ pellant, conseruatores sint & auitæ,
 Quæ stirpis, generisque sui. Nunquam villa beatissima
 Delicys opibusque domus, confortia amoris
 Quæ non externi admisit tandemque iugales,
 Inter mortales affluxit. Munere caeli.
 Atque Dei sensim spatiofa fedilia complet
 Connubium fæcundo. Ast haec loca mente præsto
 Officys functus quis post mortalibus optas
 Constitui, cunctosque tuos de stirpe creandos.
 Sed nesorte rudis tardans Hymenæe Camæna
 Sit grauis: innumeros haec tecum compleat annos,
 Et te, casto quod thalamo vnum defuit olim,
 Ter tres currendo peragat quam Cynthia mensæ,
 Efficiat lætum generosa prole Parentem.
 Hunc lucis mihi fata modum concede, donec
 His thalamis videam gratissima pignora nasci,
 Et natos natorum, & qui nascuntur ab illis,
 Qui viuant, Patriumque ferant super æthera nomen.

Közli: HELLEBRANT ÁRPÁD.